

Filio: ob intimam communionem, mutuamq; *ᾠειχώρησιν*, *Job. XIV. v. 10.* Conf. commend. Grauer. in *Quest. Illustr. Disp. II. Quest. I. §. 6.*

§. XVII.

Patescit ex hâc essentia connexione, quæ & qualis hîc intelligenda sit processio. Cum divina communitio, intra essentia divina fiat penetralia; minimè temporalis & transiens *ἐξέληθης*, qualis quoad humanam saltem naturam, Servatori, in respectu tribuitur officii, *Job. XVI v. 28.* Sed immanens ac æterna, subsumenda erit *ἐκπόρευσις*: quam essentia divina emanationem, vel rectius, advertente *Excell. Grauer. in Disp. III. Quest. V. quest. Illustr.* essentia communicationem, Latini dicunt. Hæc Deitatis fonti quam maximè propria processio, uti *Max. Reverend. Kromayer. in Part. I. Theol. Posit. Pol. Artic. II. θεσ. XV.* indicat, de subsistente proprie persona, & de processione, ex fonte Divinitatis, sollemnissime enuntiat. Hinc etiam in Triadosophia SS. *κυρίως*, supereminentem Filii generationem, & *ειδικῶς* æternam Spiritûs S. processionem, designat. Quæ ipsa quoque processio, luculentiorum nostro latissimo principio fœnerat lucem. Procedens enim, cum ab alio procedere, non verò in alio incedere dicatur, sicque simul manifestam personæ distinctionem inferat: omnem eò ipsò, & dependentem vel subordinatam missionem excludit, & quamcunq; de interno cogitandi principio, ansam intercipit.

§. XVIII.

Quapropter, non potest non, vel primo statim adspectu, suspecta esse illa opinio, quæ personalem distinctionem extenuans, Filium, in substantia Patris genitum putat; & Augustissimum processionis divinae mysterium, ad principii interni angustiam, restringit. vid. de hac copiosius *Excell. Gerhardus, in Disp. Harmon. Calvin. & Phorin. §. 36. pag. 1127.* Penitius enim illam ipsam si expendimus, liquidò constat; negatâ Filii ex Patris substantia generatione, personalem Filii negari proprietatem & hypostasim, & per consequens, ejusdem DEITATEM veram: Id quod omnibus Christianæ fidei elementis quam maximè è diametro contrariatur: Sicuti id, pro more, hoc est solidissime, in loco assignato, *Excell. Gerhard.* ex professo indicat & vindicat. Hinc neque in principio late sic dicto, principiatû in alio incedere, sed ab alio procedere, affirmatur.